UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

Quarta, an eccl[es]ie contra ecclesia[m] vel monasteri[bus] possit prescribere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

a ¶ Preiudicantur.ſ.xl.diſt.c.j.
b ¶ Principum.ſ.xj.q.iij.imperatores.
c ¶ Per centum annos. Similiter vſuſfructus ciuitati relictus ſpatio centū annorū perditur.ff.de vſufruc. an vſuſfructus. Hec preſcriptio centū annorū olim locū habebat i qualibet eccleſia.C.de ſa.ſan.eccle. vt in ter.ſed hodie tantum romane eccleſie appropata eſt. in auten.hec conſtitutio inouat cōſtitutionē.col.viij extra de p̄ſcri.cū nobis.Ioan.

Vſuſfruct⁹ eccleſie relict⁹ durat centū annis.

O Stēſum eſt. ¶Caſus. Hic proponit.iiij.queſtio, vbi querit an monaſterium preſcribit aduerſ⁹ eccleſiā ſpatio.xxx. annorū. Et reſpō. q̄ nō: vt.j.e.ca.j.ſz ſpatio.xl.annorū ſic: vt.j.e.volum⁹. nā monaſteriū et eccleſia ſm noua iura non ad imparia iudicantur.

d ¶ Oſtēſum eſt. Hec queſtio quarta patet p̄ ea que dicta ſunt de preſcriptione. dictum eſt em̄ q̄ ⁊ monaſteriū cōtra eccleſiam, ⁊ eccleſia cōtra monaſterium,xxx.annis nō preſcribit. quo ad hoc em̄ non ad imparia iudicantur: ſed ſm antiquos canones monaſteriū ⁊ eccleſia ad imparia iudicātur in preſcriptione cōtra alios vel ab aliis: nā eccleſia contra eccleſiam, vel contra laicū,xxx.annis preſcribebat: ⁊ eandem preſcriptionē ab eis patiebatur: ſed monaſteriū non: vt.j.e.c.j.innuitur.

cantur[a]: ſed venerande romane leges diuinit⁹ per ora principum[b] p̄mulgate, rerū eius preſcriptionē nō niſi per centum[c] annos admittunt.

¶ Queſtio.iiij.

O Stēſum eſt[d] qn̄ eccl'ia aduerſus eccleſiā p̄ſcribere poſſit. Nunc vidēdū eſt ſi monaſteriū aduerſus eccleſiā preſcribere valeat: quod Urbanus.ij.prohibuit dicens.

¶ Triceñio tēporis aliquid preſcribere abbates vel monachi non valent.

P Oſſeſſiones eccleſiarū ⁊ ep̄orū[e] tricēnales, abbates[f] vel monachos hr̄e oībus modis p̄hibemus: ſed ſi eis tollit tricēnalis poſſeſſio, a btō Greg. cōcedit eis quadragenalis preſcriptio.

A it em̄ Petro ſubdiacono.

¶ Quadraginta annorū preſcriptio religioſis domib⁹ cōceditur.

U Olumus accedēte te ad panormitanā ciuitatē, queſtionē ipſam tali ratione diſcutere: dominio[g] rei apud poſſeſſorem ſicut hactenus poſſeſſum[h] eſt, videlicet permanente: vt ſi monaſteriū prefatum ſancti Theodori fines[i] de quibus certatio mota eſt, inconcuſſos.xl.annis poſſediſſe repereris: nullā deinceps (etiā ſi qd̄ romane eccleſie[k] cōpetere potuit) patiaris ſuſtinere calūniā: ſed quietem eorū inconcuſſam[l] oībus modis procurare. ſin vero actores eccleſie non eos poſſediſſe.xl.annis icōcuſſo iure monſtrauerint, ſed aliquam intra tēpora hec motā aliqn̄ fuiſſe

qui debent locū videre. Uel arbitris electis ſi iudicem habent ſuſpectū. vel arbitris.i.iudicib⁹ delegatis qui de interruptione cognoſcant. ⁊ ita continētia cauſe diuiditur: quia ſic placuit pape.
g ¶ Dominio.i.poſſeſſione, ſicut al's poſſeſſio p̄ dn̄io ponitur.ſ.e.qō.ij. viſis.ff. de verbo. ſig.interdū.Io.
h ¶ Poſſeſſū. Sic patz q̄ ille qui eſt in poſſeſſione, vſq̄ ad finem cauſe manebit in poſſeſſione. vt.viij.qō.ij. ne.iiij.nonne.ſ.ij. q.vj. quotiens.ij. cōtra. ſed ibi erat perſona ſuſpecta: argu.ff.q̄ ſatiſda. cogā.ſi fideiuſſor. §.vlti. vnde tunc fruct⁹ ſequeſtrari debēt: vt.ff.de ap. imperator.in fine ſ.ij.q.vj.appellatiōe. alias res ante ſententiā nō eſt auferenda poſſeſſori: vt.xj.queſt.j. quia res.
i ¶ Fines. Prediorum, non parochiarū. Illi em̄ nō preſcribūtur. ſ.e. q.iij.licz.⁊.c.inter memoratos.
k ¶ Eccleſie.ſ.e. q.iij.nemo.cōtra. ſz hic mōachi poſſederunt tantū ius emphyteoticariū: ⁊ preſcripſerunt ius quod clericis cōpetebat: qr erant emphyteote romane eccleſie. Uel dic q̄ lz ius romane eccleſie nō poſſit p̄ ſe preſcribi: preſcribet tn̄ cū vniuerſitate.ar.ex̄ de iure pa.ex literis.ff.de cōtrahē.emp.in modicis. Uel lz cōfirmet hec ſnīa quo ad ipſos litigātes, nō ideo preiudicabit rōane eccl'ie cū voluerit ius ſuū p̄ſeq̄.ex̄ de ca.mo.dilect⁹.ar.ex̄ de ſen.⁊ re iud.cū ſup controuerſia.⁊ ca.ſuborta.vn̄ nō eſt incōueniēs q̄ ↄ̄ eccl'ias ſubiectas ſoli pape preſcribat in reb⁹ aliq̄b⁹: qr hoc nō fit in preiudiciū romane eccl'ie qr eodē iure tenet nūc illa romane eccl'ie, quo prior tenebat. Et ſi vere velim⁹ loq̄: nec romana eccl'ia aliq̄d preſcribit nec aliquis ↄtra eā preſcribit: qr romana eccl'ia cū aliq̄d cōtra aliā preſcribit, nō plus iuris p̄pter hoc hz q̄ pri⁹ habuit: qr illa prius fuit ei ſubiecta: cū ipſa in oibus eccleſiis habeat plenitudinē poteſtatis: vt.ij.q.vj.decreto.
l ¶ Incōcuſſā. Ecce q̄ q̄ obiicit interruptionē, eā p̄bare dz. ſic q̄ obiicit p̄ſcriptionē/eā probare tenet. vt.ſ.e. q.iij.inter.⁊.c.dilectio. ſimiliter ⁊ qui obiicit malam fidē/eā p̄babit. ⁊ ſi vn⁹ obiicit p̄ſcriptionē, ⁊ alter interruptionē: vtriuſq̄ teſtes audiunt: vt ex̄ de p̄ſcrip.illud. Sz ſi iā lata eēt ſnīa ſup p̄ſcriptione/poſtea nō admitti reliquus ad aliq̄d p̄badū.ex̄ de p̄ſcrip.ſctōꝝ. hic tn̄ at docē ↄriū inuenit. Sz nūq̄d ille q̄ p̄bat p̄ſcriptionē/tenetur re ↄ cōp̄bare ſe continue poſſediſſe? hoc certe eſt impoſſibile ↄtinua p̄bare: ſz ſufficit p̄bare q̄ a p̄ncipio poſſedit ⁊ in fine et poſſeſ qn̄q̄ i medio, nā extrema tp̄a ſūt qn̄q̄ ↄſiderāda in p̄ſcriptione.

e P Oſſeſſiones ¶ Ep̄orꝝ. Res ergo ep̄i gaudēt eodē priuilegio quo ⁊ res eccleſie: arg.ſ.e,j.qō.j. ſicr. qd̄ nō credo. rē em̄ clerici vel ep̄i p̄ſcribūt laici.xxx. an. vt extra eo.ſanctorum. Sed res eccleſie nō.j.e.nec hoc ergo intelligo de rebus eccleſie: que ep̄i ſunt.
f ¶ Abbates. Id eſt eos eſſe preſcriptione triēnij tutos: ſed qr poſſederūt rē alicuius eccleſie vel epiſcopi. xxx.annis. hoc enim expeditum eſt hodie q̄ non. Item in eccleſiis locū non habet preſcriptio niſi.xl.an. vt extra de preſcrip.de quarta.Io.

U Olumus. ¶Caſus. Quoddā monaſteriū Sicilie ſancti Theodori poſſederat quaſdā poſſeſſiones ſpatio.xl.annorū: quas papa prius dederat cuidā eccleſie que erat in partibus illis: ſuper quibus cū inter monaſteriū ⁊ eccleſiā queſtio moueret, precepit Greg. Petro ſubdiacono vt iret ad Panormitanā ciuitatē/⁊ poſſeſſionibus remanentibus apud monaſteriū ſi poſſet p̄bare illas.xl.annis incōcuſſe poſſediſſe, monaſterio adiudicaret. Si vero ſyndici eccleſie p̄bauerint intra.xl.annos ſup illis queſtionē motā fuiſſe. electis arbitris legaliter queſtio ſopiat. Arbitris.i.inſpectorib⁹

Preſcri ptio cōtra epi. [margin: Preſcribi pōt res epi.]

Hoc intellige ſm determinationē eius qd̄ hr̄ ex̄ lib.vj.de p̄uile.cū p̄ſone. §.vlti. nā vbi q̄s fundat ſuā intētionē ↄ iure cōi, ſec⁹ vr. vt ibi.

Preſcriptio vtrū poſſit currere cōtra Romanā eccl'iaꝫ.

Preſcriptionez p̄bans an debeat docere ↄriū.

ſcriptione: vt.C.de ſta.defun.ſi mater.𝜏.C.de epo.pu=
bli.quicūq.lib.x. Arg.cōtra.ff.de diſtra.pig.𝜏 ſi is.
a ¶ Arbitris. Si te habuerūt ſuſpectū.xi.q.j.puenit.
a ¶ Arbitris.inſpectoribus vel menſoribus: vt.ff.ſi
men.fal.mo.dixe.l.ij.ff.fi.regū.ſi irruptione.ꝫ.e,q.iij.

Et reſpondetur ꝙ nō: vt.ꝫ.eo.ca.j. Secūdus eſt vtrum
cadant a iure ſuo ſi ſua authoritate vſurpent que ſibi
debita putant.𝜏 reſpondeŧ ꝙ in cauſa eccleſiaſtica nō
cadūt a iure ſuo: vt.ꝫ.eo.ſi epiſcopū.ſed in propria cau=
ſa ſic: vt.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.

queſtionem eorūdem finium electis arbitris[a] tranquille et legaliter ſopiatur.

I tē ex nouellis Juſtiniani.

¶ De eodem.

N Ec decēnij neq vicē nij vel.xxx.annoꝝ preſcriptio: ſed ſola.xl.[b] an.curricula religioſis domib⁹ opponanŧ nō ſolū in ceterꝭ reb⁹, ſꝫ etiā in legatis 𝜏 hereditatib⁹. Sicut ergo religioſis domibus ex lege nō niſi q̄dragenaria eſt obijciēda p̄ſcriptio, ita et authoritate Grego.aduerſus alias eccleſias preſcribere poſſunt eodē ſpatio tp̄is.

¶ Queſtio.vj.

Q Uod autem[c] ea que eccl'ie debentur, rectores eiuſdē ſua authoritate iudicib⁹ pretermiſſis repetere nō valeant, beatus Grego.teſtatur dicens.

¶ Judicio non manibus res eccleſie defendantur.

C Onſuetudo noua in hac eccl'ia[d] 𝜏 valde reprehenſibilis erupit, vt cū rectores ei⁹ patrimonij vrbana vel ruſticana p̄dia iuri illius cōpetere poſſe ſuſpicantur, fiſcali more titulos[e] imprimāt: atq̄ qđ cōpetere paup̄ib⁹ exiſtimant: nō iudicio, ſed manibus[f] defendāt[g]. Et q̄ cū predicatores ſuos veritas nihil per cōtentionem agere precipiat, etiā ipſum litigioſe contentionis malum tranſcenditur: et res quelibet cū eſtimatur eccleſie poſſe competere, per vim tenetur: proinde preſenti decreto cōſtituo vt ſi qs eccleſiaſticorum vnq̄ titulos ponere, ſiue in ruſticano, ſiue vrbano predio ſua ſponte[h]

inter. Alius ergo cognoſcit hic de p̄ſcriptione, 𝜏 alius de interruptione. nam 𝜏 ita cōtinentia cauſe diuidiŧ, cōtra illđ extra de ſequeſtra.ad hoc. ſꝫ hoc fit hic quia ſub ea forma dn̄s pa.delegauit cauſam.ſic.ꝫ.q.vj. placuit.et extra de re iudi.decetero.

N Ec decēnij. ¶ Caſus Dicit hic ꝙ.xl.annorū preſcriptio currit aduerſus eccleſias nō ſolū in poſſeſſionib⁹ proprijs et diu habitis, ſed etiam in legatis 𝜏 hereditatibus ſibi relictis: ſꝫ preſcriptio decēnij vel vicennij vel.xxx.annorum non opponitur eccleſijs.
b ¶ X. Sic extra de p̄ſcrip.de quarta. Sed nōne contra Ciſterciēſium eccleſiam, que valde eſt priuilegiata, preſcribiŧ p̄ſcriptio.xxx.an. vt extra de priui.ſi de terra? Sol.in actionib⁹ vel exceptionib⁹ que cōmuni iure cōpetunt, tenet qđ hic dr: ſed in actionibus vel exceptionibus q̄ cōtra ius indulgenŧ, citius preſcribitur: vt pꝫ extra de ꝯſti.cum acceſſiſſent. in fi. et hec eſt ratio: q̄ nō vidētur deterioris cōditionis eſſe ſi reuertunŧ ad ſuū priſtinū ſtatum: vt.xxxv.diſtin.ab exordio. ſicut vides ꝙ lꝫ cōditio dotis per pactū nō poſſit fieri deterior, tamē ſi primo fecit mulier pactum ꝙ hodie redderet ei dos, deinde facit pactū ꝙ vſq ad annum: ex quo modo cōditio dotis reuerſa eſt ad ſuā naturam, nō diciŧ deterior facta: vt.ff.de pac.ſi vnus.§. qđ 𝜏 in ſpecie. 𝜏 eſt ſi.C.de teſta.hac conſultiſſima.§.ſi quis aūt. Uel dic ꝙ ibi nō rōne preſcriptionis preiudicatur eis, ſed ratione taciti conſenſus.[f] Uel dic ꝙ licet exceptio ꝑpetua ſit, et actio tꝑalis: vt.ff.de except.doli. pure.§.viti.tamen facilius perditur exceptio q̄ actio. nam actio non ꝑdiŧ niſi vſq ad.xl.an.ſed exceptio vno actu perditur: vt extra de ꝯſti.cum acceſſiſſent. 𝜏 extra de preben.pro illoꝝ.in fi.𝜏.C.de iure do.impe.l.ij.et.ff. de procura.pomponius.§.rati.

Preſcriptio an currat contra Ciſterc.cen.

[f] Hic vi deas qđ not. j.q.ōe.j. nullus e p̄s.iij. 𝜏.xvj.q ij.ca.j.

Q Uod autem.[g] Hec queſtio diuiditur in tres partes. Jn prima dicitur ꝙ nemo debet ponere vexilla in rebus ſuis. Secunda incipit ibi: Quod autem. Tertia ibi: Econtra. Joan.de fan.

¶ Caſus. Hic ponitur ſexta queſtio, que duos habet a titulos. Primus eſt an prelati eccleſiarum authoritate propria res eccleſiarū repetere poſſint ſine iudice

c ¶ Quod autē. Hec queſtio habꝫ duos articulos. Prim⁹ eſt: an prelati eccleſie authoritate ſua res eccleſie repetere valeant abſq iudice et quidem non: vt ꝫ.e.ca.j. Secund⁹ eſt vtrum cadāt a cauſa ſi ſua authoritate vſurpent q̄ ad ſe ꝑtinere putant.et quidem in cauſa eccleſiaſtica licet vſurpent ſua authoritate, non cadunt a cauſa.ꝫ.e. ſi epiſcopū. in cauſa ꝓpria ſic. C.vnde vi. ſi quis in tantam.et.ꝫ.eo. placuit. niſi in caſibus no.C.quando liceat vnicuiq ſine iudice ſe vindica.l.j.

C Onſuetudo ¶ Caſ⁹. Hoc capiŧ.diuiditur in duas ptes. Jn prima parte Grego. reprehendit conſuetudinem cuiuſdam eccleſie vbi rectores ſtatim cū putabāt vrbana vel ruſtica predia ad eccleſiam ſuam pertinere, more fiſci ſigna imprimebant: et violenter ſine iudicio poſſidentibus auferebant. Precipit ergo Grego. vt quicūq decetero talia fecerit, anathematizetur. Jn ſecūda parte dicitur ꝙ ſi prelatus eccl'ie hoc fieri preceperit, vel ab alijs facta nō punierit: anathema ſit. Secunda ibi: Jſ autem.
d ¶ Eccleſia. Jd eſt Romana.prohibet th̄ 𝜏 in alijs.ꝫ. eo.ca. Et ita eſt hic arg. ꝙ ſi papa cum aliquo cauſam habet, nō debet ipſe eſſe iudex, 𝜏 rem occupare: ſed arbitros eligere: arg.ij.q.vij.nos ſi.alioquin cadet a re: vt in auŧ.de man.prin.col.iij.§.vlti.C.vt nemini liceat ſine iu.l.vna.C.vt nemo priua.tit.l.j.C.de his qui pe. nomine.l.j.tamē ſi vult eſſe iudex in cauſa eccleſie, poteſt eſſe: vt dixi.ij.q.vij.ſi qui ſunt.
e ¶ Titulos.i.vexilla vel alia ſigna.hoc em̄ ſoli p̄ncipi eſt ꝑmiſſum: vt.C.vt nemo p̄ua.ti.l.ij.𝜏 q̄ ſigna ipꝛimit reb⁹ ꝓprijs authoritate: ſi eſt de plebe, decapitaŧ, ſi nobilis, proſcribitur.C.vt nemo priua.titu.l.ij.
f ¶ Sed manib⁹.ꝫ.xxiij.q.viij.ꝯuenior.𝜏 ca.quicūq. ꝫ.xv.q.vj.authoritatē.cōtra.ꝫ.lxiij.diſt.adrianus.contra.ꝫ.xxiij.q.viij.occidit. Sol.ibi dicitur de materiali et ſpirituali gladio, ſed ſingula ſingulis referuntur. Hic enim non poſſidet, ſed ali⁹ auferre conatur. Uel ſecus cum poſſeſſor non vult ſtare iuri.
g ¶ Defendant. Jd eſt petant: vt diſt.viij.quo iure.
h ¶ Sponte. Jd eſt ſua authoritate. Joan.

Papa iudex eſſe nō debꝫ in cauſa ꝓpria.